

firmas en una representación en que se pide al Papa que consagre el género humano al Sagrado Corazón de María, ha logrado ya reunir 155,000 firmas en dicho documento, y como pudiese á Pío X la bendición para su empresa, recibió de Su Santidad la siguiente respuesta:

"Acogemos con grande afecto los votos y las oraciones inspirados por una particular y confiada devoción á la Santísima Virgen, y concedemos la Bendición apostólica á nuestro querido hijo Gabriel Rataud, párroco de la Basílica de Nuestra Señora de las Victorias, de París, alentándole á perseverar en sus piadosos esfuerzos por extender la devoción al Corazón Inmaculado de María."

Princesas monjas—La Princesa Clara de Baviera ha ingresado en el convento de Benedictinas en la Isla de Wigth, del que es Abadesa la Duquesa Adelaida, viuda de Braganza, que vistió el hábito de religiosa en 1896, tomando el nombre de sor Cecilia.

Decreto legislativo número 47 de 1906

(12 DE SEPTIEMBRE)

sobre Prensa

(Continuación)

Art. 73. Los infractores á lo dispuesto en el artículo anterior serán castigados con una multa de cinco á veinte pesos oro, que decretará el Juez ó Magistrado que haya presidido las deliberaciones, resuelto la no publicación de determinadas piezas, ó dictado sentencia en el juicio fallado por los Jurados.

Si la publicación se refiere á deliberaciones privadas ó secretas de las Cámaras Legislativas ó de las Asambleas departamentales, cuando estas corporaciones se hubieren puesto en receso, la pena será impuesta por el Ministerio de Gobierno ó por el Gobernador del Departamento, respectivamente.

(Continuará)

LA IGLESIA

ORGANO OFICIAL DE LA ARQUIDIOCESIS DE BOGOTA

Año III—Vol. III { Mayo 1.º de 1908 } Núm. 8

NOS BERNARDO HERRERA RESTREPO

por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, Arzobispo de Bogotá

CONSIDERANDO:

1.º Que conforme á la sagrada liturgia, los misterios principales de la religión deben conmemorarse en los días que les asigna el calendario;

2.º Que no conviene desviar la atención de los fieles del objeto que la debe ocupar en aquellos días, con la celebración de otras fiestas aunque sean de santos titulares ó patronos,

DECRETAMOS:

1.º Queda prohibido en adelante el trasladar la solemnidad de cualesquiera fiestas á los días en que se celebren otras con ritos de primera ó de segunda clase;

2.º Para las demás traslaciones obsérvese lo dispuesto en las rúbricas generales del Misal, tit. VI *De translatione festorum* dándonos cuenta anticipadamente;

3.º Cuando el Prelado celebre de pontifical en la Santa Iglesia Metropolitana, no debe celebrarse fiesta alguna á la misma hora en las iglesias y capillas de la ciudad;

4.º Restablézcase en las parroquias de la ciudad la antigua práctica de hacer la procesión de *Corpus* en los domingos que siguen inmediatamente á dicha fiesta y no

en otros, observando para ello el orden de antigüedad de las mismas parroquias.

Dado en Bogotá, á catorce de Octubre de mil novecientos dos.

✠ BERNARDO,
Arzobispo de Bogotá.

CARLOS CORTÉS LEE, Secretario.

S. C. INDULGENTIARUM ET SS. RELIQUIARUM

INDULGENTIA PRO CLERICIS IN SUPERPELLICEO ASSUMENDO

SSmus. Dominus Noster Pius P. P. x libenter in Domino concessit, ut indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, consequi valeant quotquot in seminariis aliisque collegiis et asceteriis in spem Ecclesie rite instituuntur, atque omnes et singuli cujuslibet gradus et ordinis clerici, quotiescumque, in assumendo de more superpelliceo, se cruce signent pieque sic orent: *Indue me, Domine, novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Amen.* Præsenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ, e Secretaria S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ, die 1 Decembris 1907.

S. Card. CRETONI, *Praefectus.*

D. Panici. Archiep. Laodicen., Secretarius.

CONSULTATIONES LITURGICÆ

Q. An religiosus in Episcopum electus possit a die præconizationis usque ad diem Consecrationis, vel potius captæ suæ dioceseos possessionis, Calendarium suæ Congregationis retinere?

R. Religiosus ad episcopalem dignitatem electus et consecratus, non tantum potest sed omnino debet Calendarium suæ Congregationis retinere, usque dum per se vel per alium suæ diocesis possessionem accipiat, dummodo actu degat in domibus ipsius Congregationis, quia si alibi domicilium sumeret, calendarium loci sequi deberet.

Q. Quid de usu stolæ per parochum, capellanum vel alium sacerdotem in functione *Via-crucis* publice peragenda?

R. Omnino decet quod parochus, capellanus vel alius sacerdos in ista functione publice peracta, utatur cotta et stola. Quoad stolæ colorem, generatim violaceum adhibendum, excipe feria VI in Parasceve, quo die, color niger magis convenit.

Q. An nocturnum Neosubdiaconis etc. recitandum, prout Ordinans solet imponeret, respondere debeat Calendario ecclesie, an Ordinatis?

R. Indubie nocturnum in casu habere debet relatione cum ordinatione; dicendum est enim vel feriale, vel primum festi, vel primum Dominicæ, secundum quod vel in feria, vel in festo vel in Dominica habetur ordinatio. Atqui ordinatio fit in missa, quæ potior est pars Officii; (licet agatur de missa sabbati iv. Temp. in festo alieni Sancti), ergo sicut missa dicenda est juxta Calendarium ecclesie, in qua locum habet ordinatio, ita et nocturnum de quo agitur ipsiusmet ecclesie Calendario respondeat necesse est.— Diximus *Calendario* non *Ritui*, quia si Ordinatus habeat Breviarium monasticum, Dominicanum, aut

Carmeliticum, nocturnum recitabit de Officio quidem ecclesiae in qua ordinem suscepit, utendo tamen Breviarii proprii ritus.

Q. Tacente indulto, cessat concessio Oratorii privati, cessante petentis infirmitate? Valetne infirmus erigere Oratorium tam domi quam ruri?

R. Affirmative si causa infirmitatis expressa est in precibus aut in Rescripto, etiamsi nullum fiat verbum de duratione.— Si secus, indultum haberi poterit ut perpetuum, quia supponi valet quod infirmitas fuerit causa *occasionalis* petitionis et concessionis.

Q. Petrus dicit posse Officium interrumpi ex qualibet causa; quænam est regula?

R. Non ob qualemcunque causam licere Officium interrumpere; sed ex causa tantum justa. Facta interruptione nemo tenetur ad repetitionem.— Regula optima esset, in casu culpabilis interruptionis, horam integram repetere, si facile fieri posset: secus non laudarem, ne scrupulis faveatur.

Q. An in benedictione cum Venerabili 1) *Tantum ergo* debeat intonari a cantoribus vel a Celebrante?— 2) An *Panem de cælo* debeat cantari a cantoribus vel Celebrante? 3) An inter *Tantum ergo* et |Orationem Sanctissimi liceat alias preces cantare vel legere?

R.—1. Juxta Cerem. Epp. *Tantum ergo* intonatur a cantoribus feria v in Cæna Domini et in festo SSmi. Corporis Christi. Juxta Rituale Romanum, post processionem SSmi. Corporis Christi, omnes ecclesiastici, qui adsunt, concinunt hymnum *Tantum ergo*. Juxta Instructionem Clementinam pro Oratione XL Horarum, cantores intonant prædictam strophem. Juxta Memoriale Rituum Benedicti XIII, feria v in Cæna Domini, *Tantum ergo* dicitur a clericis.—In ritu autem benedictionis qui habetur sine cantorum apparatu, ut plurimum, prædicta intonatio fit per celebrantem, qui est unus ad id aptior; ceterum, si adsint clerici ejus rei vere capaces, ipsi id præstant.

II. *Panem de cælo*, Juxta Cerem. Epp. cantatur a duobus cantoribus; juxta Rituale, a duobus clericis; juxta Instr. Clementinam, a cantoribus.

III. Nihil prorsus est addendum, nisi V. *Panem de cælo*, excluditur etiam V. *Dominus vobiscum*, eo quod Dominus est reipsa præsens. Excipitur functio in reditu post S. Communionem infirmo ministratam, quia *Tantum ergo* non præmittitur *functioni* benedictionis, ut tali; atque ideo, etiamsi *in itinere* concinatur *Pange, lingua* cum *Tantum ergo*, potest post hæc addi alius hymnus vel psalmus, ut innuit Rituale.

CEDULA Y OBEDECIMIENTO

DEL CAVILDO ECLESIASTICO

DECLARANDO PATRONO DE LOS REINOS DE ESPAÑA AL
SEÑOR SAN JOSÉ

EL REY—Por quanto por despacho de veinte y seis de diziembre del año próximo pasado de mil y seiscientos y setenta y ocho, tuve por bien de resolver que el glorioso Sn. José fuese declarado y recibido por Tutelar en todos mis dominios, esperando que lograrían continuadas felicidades por la intercession de tan gran Santo, y mandé á mis Virreyes, Presidentes, Audiencias, Gobernadores y á los Cabildos de las ciudades de las Provincias del Perú y Nueva España, y encargué á los Arzobispos y Obispos y Cabildos de las Iglesias Metropolitanas y Cathedrales de ellas, que cada uno por lo que le tocase, diesen cumplimiento á esta mi resolución, como más particularmente se contiene en la Cédula citada. Y porque aora habiendo el Marquez del Carpio, mi Embaxador en Roma, significado en mi nombre á Su Santidad los religiosos motivos que me obligaron á elegir al Glorioso Sn. José por Tutelar de todos mis Reynos, suplicándole tuviese por bien de

confirmarlo; ha venido en ello expidiendo *Breve*, en conformidad del trasumpto incluso, y con la concessión de indulgencias que se expresa en él, ha parecido remitirle con este despacho á los dhos. mis Virreyes, Presidentes, Audiencias, Gobernadores y á los Cabildos de las ciudades de las Provincias del Perú y Nueva España, y á los Arzobispos y Obispos y Cabildos de las Iglesias Metropolitanas y Cathedralas de ellas, á fin de que sea manifiesto el dho. *Breve* a todos y se atienda al culto de este Santo, en conocimiento de la nueva circunstancia que aora con ocurre para celebrarse con especial devoción, y de lo que executaren me darán cuenta. Fecha en Madrid á tres de julio de mil y seiscientos y setenta y nueve años.

YO EL REY

Por mandado del Rey N. Señor, Francisco de Madrigal.

A los Virreyes, Presidentes, Audiencias, Gobernadores, Arzobispos y Obispos, y Cabildos Eclesiásticos y Seculares de las Yndias, remitiéndoles el trasumpto de un *Breve* de Su Santidad, en que confirma aver elegido S. M. á Sn. José por Tutelar de sus Domicios, para que sea manifiesto á todos—Hay cuatro Rúbricas.

En la ciudad de Santafé, á veinte y siete de Febrero de mil seiscientos y ochenta años. Los señores Venerable Dean y Cabildo en Sede Vacante de la Santa Iglesia Cathedral Metropolitana de esta Ciudad, es á saber: Dr. D. Gregorio Xaimes Bajan de Pastrana, Chantre, Dr. D. Cypriano de Caycedo y Ruimonoso Maestre-Escuela, Licenciado Dn. Miguel Dávila y Arévalo del Orden de Alcántara Thessorero, Dr. Dn. Carlos de Barnaola Carbajal, Canónigo, y Dr. D. Fernando de Pedrossa y Menezes y Dn. Agustín de Tobar y Buendía Racioneros. Y no asistieron los Sres. Dr. Dn. Agustín de Zalazar y Olea Arcediano, ni el Sr. Dr. Dn. Juan Baptista de Oviedo, Canónigo Provisor y Vicario general. Y estando así juntos en la Sala de su ayuntamiento como lo han de uso y costumbre, y habiendo visto esta real cédula de S. M. que Dios g.º El

dho Sr. Chantre la tomó en sus manos, y la besó y puso sobre su corona diciendo la obedecía como Carta de su Rey y Señor Natural, y lo mismo fueron haciendo y diciendo los demás señores y vista asimismo la Bulla de la Santidad de Ynocencio undécimo que se refiere en dha Cédula Real. Asimismo la tomaron dhos Señores en sus manos, besaron y pusieron sobre sus coronas admitiéndola, y para que se observe y guarde como S. M. manda, mandaron se traduzga para que se lea y publique en esta santa Yglesia el día que se señalare, y se convocará para esto á los Fieles. Y acordaron asimismo que en hacimiento de gracias mañana que se cuentan veinte y ocho de este presente mes se selebre fiesta y diga Missa al glorioso Patriarca Sn. José, descubriéndose el Santísimo Sacramento por su Magd. con toda la decencia y autoridad que se requiere en que asistirán todos los SS res. de este Cabildo; Y el presente Secretario lleve recaudo al Sr. Dn. Francisco del Castillo de la Concha, Cavallero del hábito de Santiago del Consejo de S. M. Presidente, Governador y Capitán general de este Reyno, y dé noticia á Su Sa. de dha Rl. Cédula y Bulla y lo dispuesto por este auto; así lo acordaron y firmaron.

Dr. Dn. *Gregorio Xaimes*.—Dr. Dn. *Cypriano de Salzedo*.
Dr. Dn. *Miguel Dávila y Arévalo*.—Dr. Dn. *Carlos de Barnaola Carbajal*.—Dr. Dn. *Fernando de Pedrosa y Menezes*.—
Dr. Dn. *Agustín de Tobar y Buendía*.—Fuí presente *Juan Cavallero Genz*, Secretario.

BREVE DE INOCENCIO XI

SOBRE EL PATRONATO DE SEÑOR SAN JOSÉ

Inocentius Papa XI, ad perpetuam rei memoriam.
Eximia Pietas in Deum, ac erga Beatos Coeli incolas
cum Christo regnantes devotionis, aliarum que regiarum

virtutum decora, cum præclaris in Ecclesiam Dei meritis, singularique in Nos et Apostolicam Sedem fide conjuncta quibus Charissimum in Christo Filium Nostrum Carolum Hispaniarum Regem Catholicum multipliciter insignivit Altissimus, paternam nostram in eum charitatem adducunt, ut pia illius vota ad augendam in terris Sanctorum venerationem laudabiliter tendentia libentissime exaudiamus, cœlestiumque gratiarum dispensationi nostræ divinitus creditarum muneribus decoremus, sicut ad O. Dei gloriam, Sanctorum honorem, Christianique populi præsidium, atque ædificationem salubriter in Domino expedire arbitramur. Cum itaque sicut dilectus Filius nobilis vir Gazpar de Haro y Guzmán, Marchio de Carpio, pro dicto Carolo Rege apud Nos et Sedem Apostolicam Orator, Nobis nuper exponi fecit, idem Carolus Rex, pro peculiari sua erga Gloriosum Patriarcham S. Josephum, Beatissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ Sponsum devotione, universa Regna et Dominia sua illius Patrocinio atque protectioni commiserit, ipsumque Sanctum Josephum in Patronum et Protectorem eorumdem Regnorum et Dominiorum elegerit, cupiatque propterea opportune in præmissis a nobis provideri, et ut infra indulgeri: Nos pium et religiosum dicti Caroli Regis animum plurimum in Domino commendantes, supplicationibus ejus nomine Nobis per præfatum Gazparem Marchionem super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, electionem memorati S. Josephi, in Patronum et Protectorem Regnorum et Dominiorum præfatorum factam, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus; et prædicto S. Josepho in Patronum et Protectorem sic electo prærogativas om-

nes ejusmodi Patronis et Protectoribus Regnorum, et Dominiorum competentes decernimus, juxta tamen Rubricas Breviarii, et Missalis Romani, et ad formam Constitutionis felic. recordat. Urbani P. P. octavi Prædecessoris ntri. super observatione Festorum, die 13. Septembris 1642. emanata. Præterea ad augendam Fidelium Religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus et confessis, ac sacra communionem refectis, qui die festo Sancti Josephi prædicti a primis vesperis usque ad occassum Solis diei hujusmodi quascunque Ecclesias in Regnis, et Dominiis dicti Regis, Deo, in honorem ejusdem Sancti Josephi hæcenus dedicatas, et in futurum quandocunque dedicandas, earumve quamlibet quotannis devoti visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Non obstantibus quibuscunque Decretis ac Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, etiam conciliaribus, generalibus vel specialibus necnon, quatenus opus sit, quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut earumdem præsentium litterarum trasumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ

munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die decima nona Aprilis 1679. Pontificatus ntri. anno tertio.

JOANNES GUALTERIUS PLUSIUS

Romæ ex Typographia Revd. Camaræ Apostolicæ 1679.

Josephus Antonius Rodontey, Notarius Publicus Apostolicus.

L. † S.

J. G. PLUSIUS

Concuerta este traslado con el trasumpto fho. en Roma que original fue exhibido ante mí el infrascrito Notario, Oficial Mayor, y Archivistá del Tribunal de la Nunciatura de España, y p.^a que conste donde convenga, lo signé y firmé en Madrid, á cinco de Julio de mil y seiscientos y setenta y nueve años.

En testimonio de la verdad.

JUAN DE CABREDO

LA COMUNION FRECUENTE EN EL SIGLO VIII

"Reconozco que la comunión me es útil y aun necesaria. Yo comulgaría más frecuentemente de lo que acostumbro, y talvez siempre que asistiera á la misa, pero ¿por qué introducir usos nuevos en la Iglesia?" Tal es el argumento á que apelan como último recurso los enemigos de la comunión diaria, cuando se ven derrotados en el campo teológico y en el de la práctica. A quienes así racionan les diremos que Pío X al recomendar la comunión cotidiana, no ha hecho innovación sino renovación de esta práctica piadosa que había caído en desuso. Y como en tratándose de averiguar hechos lo mejor es ape-

lar á los documentos que puedan demostrar la existencia de ellos, publicamos hoy uno precioso, exhumado del tesoro de un erudito.

Hacia el año 790, Teódulo, una de aquellas lumbres que Carlomagno colocó "sobre el candelero," publicó en Orleans una instrucción que hoy llamaríamos pastoral relativa á la administración de las parroquias. Este documento es obra de ciencia y de celo nada comunes; pero su mejor título para merecer la estima de la posteridad consiste en ser incomparable testimonio de la disciplina eclesiástica en el siglo VIII.

La instrucción abraza dos artículos consagrados á la comunión. El artículo 41 dice: "Todos los fieles, excepción hecha de los excomulgados, deben recibir el cuerpo y la sangre de Jesucristo, los domingos de Cuaresma, el jueves, el viernes y el sábado santos y el domingo de pascua."

La disciplina actual de la Iglesia acerca de los días en que es lícito distribuir la sagrada comunión, la resume admirablemente el P. Wernz así:

"Sacra Communio distribui potest fidelibus qualibet die. Quæ regula *pro viatico* valet absque ulla exceptione, pro simplice vero communiione *sanis* dispensanda excipitur *feria sexta* hebdomadæ majoris, nisi obtineatur indultum apostolicum (Missal. Rom.; S. R. C. 22 Febr. 1679; 15 Maj. 1745), et præterea sabbatum sanctum, at minore rigore; nam ubi viget *consuetudo* fideles in Sabbato Sancto inter Missarum solemnias licite recipiunt Sacram Communionem et per eandem etiam adimplent præceptum paschale. (S. R. C. in. C. Tifernaten. 22 Mart. 1806, ubi orator provocat ad ANTIQUAM CONSUETUDINEM in sua ecclesia).

La resolución aquí citada es como sigue:

TIFERNATEN. Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni, recenter Archipresbyteratu Ecclesiæ Parochialis titulo Sanctorum Cosmæ et Damiani loci, vulgo nuncupati Ca-

noscio, Diocesis Tiferñaten., potius, *antiquam consuetudinem* in eadem ecclesia invenerit Saccrosanciam Encharistiam impertiendi fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis præcepti, et anceps hæserit num *eadem consuetudo* servanda foret, vel utpote abusiva removenda; ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione sequentis dubii, videlicet: An liceat in Sabbato Sancto inter Missarum solemniam Sacram Eucharistiam fidelibus distribuere, et num per eandem assumptionem Sacræ Communionis præceptum Paschale adimpleatur?

Et S. R. C., audito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, necnon referente Emo. et Rdm. D. Card. Crivelli Ponente, respondit: Affirmative in utroque. (22 Mart. 1806).

CÆREMONIALE PAROCHORUM

Juxta novissimas Apostolicæ Sedis sanctiones concinnatum.

PARS PRIMA

(Continuatio)

ARTICULUS II

De altari privilegiato locali et personali.

I. De altari privilegiato locali.

3.—1. Privilegium altaris in hoc consistit, quod, missam ibi animæ alicujus christifidelis in Dei caritate defuncti applicando, Indulgentia plenaria illi ipsi acquiritur, idque ex concessione R. Pontificis, ita ut eadem anima, a pænis purgatorii, quantum divinæ bonitati placuerit, per modum suffragii liberari possit. (Greg. XIII ap. Bened. XIV, Notif. 56, n. 15).

2. Hujusmodi privilegium directe implorari debet, cum non sit communicabile (S. C. Ind., 25 martii 1625 et 9 maii 1729).

3. Hic sermo est de altari privilegiato pro defunctis tantum, cum hodierna Ecclesiæ praxis non amplius concedat altaria privilegiata pro vivis et pro defunctis; istorum ceterum privilegium, si de eo legitime constet, ita est interpretandum, ut Indulgentia plenaria intelligatur concessa, pro celebratione missæ, vivis ad modum jurisdictionis, defunctis ad modum suffragii.

4. Ut altare privilegio gaudeat, fixum sit oportet eo tantum sensu, quod sit semper in eodem illo loco (ecclesia, oratorio), et alicui sancto (vel mysterio) specialiter dicatum (S. R. C., 18 jul. 1902), etiamsi sit ligneum cum solo sacro lapide in medio, et muro minime firmatum.

5. Utrum altare sit privilegiatum quotidianum, an non, constare debet ex Litteris concessionis. Cavendum est ab iis, qui privilegium obtinuerunt ad tempus, ne oblivioni detur limitatio, ut vel renovetur petitio, vel de cessatione constet.

6. Attendatur item aliis conditionibus in Litteris concessionis privilegiorum ejusmodi contentis, quia sæpe ibi dicitur privilegium concedi, dummodo aliud in eadem ecclesia non extet altare similiter privilegiatum, etc.

7. Clemens XIII statuit ut, die 2 novembris, in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, ubivis et in perpetuum, altaria haberentur privilegiata pro defunctis (19 maii 1761). Pius VII idem concessit privilegium omnibus ecclesiæ altaribus ubi habetur expositio SSmi. Sacramenti pro oratione *continua* XL horarum, expositione durante. (1)

(1) Altaria oratoriorum Filiarum S. Vincentii a Paulo sunt privilegiata pro omnibus missis, quæ in illis celebrantur. (S. C. Indulg. 19 Febr. 1905).

8. Attendatur insuper his regulis, a S. C. Ind. ad rem datis:

a) Obtento altaris privilegio *ad septennium* hoc a die, quo datum est Breve, non vero a die publicationis ejusdem, decurrit (18 maji 1711).

b) Generalis Indulgentiarum suspensio, tempore jubilæi minime afficit privilegium altaris (24 jun. 1700).

c) Destructo altare privilegiato, non amittitur privilegium, si eadem in ecclesia aliud erigitur altare, sub eodem titulo (13 septembris 1723). Idem dic, si lapis sacer altaris privilegiati immutetur.

d) Altaris privilegium amittitur, si ecclesia destructa sub alio titulo reædificatur (18 jul. 1712).

9. Ut sacerdos gaudere possit privilegio altaris, necesse est, diebus a rubricis permissis, ut celebret missam de requie.

Est legitimum ad hoc impedimentum celebratio missæ conventualis, etiam v. gr. in semiduplici (S. R. C., 29 apr. 1903), necnon expositio SSmi. Sacramenti in forma XL horarum (Una die 2 nov. permittitur missa de requie in paramentis violaceis, exposito Sacramento pro oratione XL horarum).

10. Cum sacerdos pluribus applicat defunctis divinum sacrificium unum ex iis determinare debet, cui velit privilegium suffragari. Cum tamen pro uno defuncto applicat, necessarium non est speciale manifestare intentionem de usu privilegii, tribuitur nimirum a voluntate præscindendo offerentis vel celebrantis (S. C. Ind., 12 mart. 1855).

11. Indulgentia altaris privilegiati nunquam valet separari a missæ applicatione (S. C. Ind., 25 aug. 1897); neque valet suppleri privilegium missæ minime acquisitum applicando quandam Indulgentiam plenariam alio titulo lucrandam.

12. Nihil obstat quominus celebrans missam ad privilegio fruendum, eadem missæ celebratione sive pro se sive

pro defuncto lucrari valeat aliam Indulgentiam plenariam, pro qua S. communio requiritur (S. C. Ind., 10 maji 1844).

13. Nulla alia requiritur conditio pro Indulgentia altaris assequenda, non confessio, neve preces ad Pontificis intentionem.

II. De altari privilegiato personali.

4.—1. Altaris privilegium conceditur interdum non loco sed personæ missa celebrantis; ita ut sacerdos, ubicunque missam applicet, si privilegio potitur, perinde suffragari valeat defuncto, ac si ad altare privilegiatum celebraret.

2. Privilegium hujusmodi a S. C. Indulgentiarum et a Secretaria Brevium, ad cujuscunque sacerdotis preces, quater in hebdomada conceditur, in perpetuum.

3. Sacerdos quilibet, qui *actum heroicum caritatis* emisit, gaudet indulto altaris privilegiati personalis singulis diebus (Pius P. P. IX, 20 nov. 1854).

4. Si quis privilegium altaris obtinuit cum clausula, dummodo simile privilegium pro alia die non obtinuerit, nequit, ut patet, indulta cumulare.

5. Plura regularia instituta vel piæ sodalitates privilegium obtinuerunt pro certis missis in determinato vel in quolibet altari celebrandis, v. gr. in suffragium sodalium, quibus proinde adnectitur Indulgentia, perinde ac si in altari privilegiato celebrarentur.

6. Conditiones communes quibus subsunt sacerdotes celebrantes ad altare privilegiatum, eadem sunt atque illæ, quæ superius exhibentur pro altari privilegiato locali.

7. Sacerdos, cui committitur celebratio ad altare privilegiatum, ex obligatione justitiæ tenetur huic conditioni satisfacere, quam profecto adimplet si gaudeat privilegio personali. Verumtamen, si altare quoddam designetur uti ex conditione *sine qua non*, ad hanc tenetur exclusive. Similiter, si v. gr. designetur altare privilegiatum gregoria-

num, nequit satisfieri ad quodcunque aliud altare privilegiatum celebrando. (1)

8. Nequit sacerdos, ratione privilegii, pinguorem eleemosynam requirere, sive agatur de locali sive de personali privilegio, id enim esset simoniace agere. Posset tamen ratione itineris aliisque extrinseci incommodi, uti ex theologia morali cuncti norunt.

ARTICULUS III

De altari majori et minori.

5.—1. Altare in ecclesia princeps amplius altiusque esse debet præ ceteris, ac sumptuosius adornatum. Sunt ejus gradus saltem tres, impari semper numero cum suppedaneo, iidemque marmorei aut ex petra quacunque lævigata.

2. Situs hujus altaris in capite ecclesiæ, e cujus regione janua primaria sit, deligi debet. Ab inferiori gradu usque ad cancellos spatium saltem m. 3.50, intersit; in ecclesiis vero minoribus, 2.00.

3. Altare minus duos saltem gradus habeat, nempe unum gradum sub ligneo suppedaneo (2). Admittitur tamen altare minus cum suppedaneo tantum.

4. Curetur omnino ut altare majus ex marmore conficiatur, etiamsi ecclesia non sit consecranda.

(Continuará)

(1) Habetur in ecclesia S. Gregorii in Cœlio Monte Urbis percelebre privilegium, altari eidem sancto dicato concessum, ad cujus instar a summis Pontificibus privilegiata sunt plura undique altaria. Quamvis substantialiter et hic agatur de Indulgentia plenaria missæ applicationi adnexa, uti supra dictum est, accipitur tamen ut privilegium speciale, ob interpositionem precum et meritorum S. Gregorii, quibus facilius divina impetretur misericordia in applicatione suffragii. Qui proinde missam celebrandam accepit ad altare gregorianum, minime satisfacit ad aliud simpliciter privilegiatum altare celebrando.

(2) Dicimus ligneum, eo quod magis congruat, sed potest esse et ex qualibet solida materia. Plura habentur lignea suppedanea lapideis circumdata oris.

EL CATEQUISTA

(Conclusión)

IV

Pero no menos que la serena alegría, necesaria en toda enseñanza, y más en ésta, donde no sólo se ha de estudiar la religión sino aprender á amarla, es necesaria la diligencia del catequista para conservar la disciplina y orden, sin el cual no es posible atender al progreso de la clase. El medio principal para esto es la conducta del mismo maestro, su mesura bondadosa pero grave; su reposo y la mirada serena con que domina á todos los niños, procurando para ello ocupar un asiento algo elevado.

Procure hablar despacio, sin pesadez; articulando muy bien, para que no se pierda sílaba de lo que dice, y con voz suficiente para ser oído, pero sin clamor; todo lo cual, no sólo se comunicará á los niños, enseñándoles prácticamente el modo como han de hablar ellos, sino además servirá para evitar que charlen entre sí en voz baja, fiados en que la del profesor cubrirá sus murmullos.

Evite las pláticas demasiado largas; antes interrúmpalas con preguntas, para mantener viva la atención de los oyentes. Sobre todo sea avaro de palabras en los avisos ó correcciones, acostumbrando á los niños á que entiendan un leve signo de mano ó de ojos. La experiencia recomienda los resultados obtenidos por los maestros poco habladores, y abona el proverbio, que para que los niños aprendan á hablar, es menester que el maestro sepa callar. Tampoco es de buen efecto pedagógico la reprensión que se dirige á toda la clase; pues el principal objeto ha de ser estimular el amor propio ó pundonor de los niños reprendidos; más cuando se reprende á todos, sucede lo de mal de muchos. . . . antes al contrario, el deshonor recae tácitamente sobre el maestro que no supo adelantar me-

por su escuela. Por eso es conveniente no empezar á preguntar por los mejores ni por los peores, sino por los medianos; porque si éstos no aciertan, queda el recurso de acudir á los mejores, y sabiéndolo ellos parece que se repara el honor de la clase. Cuando los medianos lo han sabido, se puede descender á tentar si lo saben hasta los peores, cuya ignorancia recae en todo caso sobre ellos solos.

